



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros  
Decretalium, Tomus ...**

In Librum IV. Decretalium, per viginti, & unum Titulos distributum, De  
Sponsalibus, Et Matrimoniis, eorumque impedimentis, ac dispensationibus,

...

**Schlüter, Georg**

**Augustæ Vindelicorum, 1702**

Quæstio XII. In Tit. XII. de Cognatione Legali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73058)

Lug. in Responsis: moral. l. 1. d. 5. n. 4. id prohiberi solis conjugibus, ne quis cognatam suam spirituales habeat in uxorem. Si autem uxore post partum mortuâ, proprium suum filium levaret ex baptismo, licet ageret, quia non levaret filium, dum est cum ejus matre in actuali matrimonio; sic Lugo. cit. n. 5.

1112. Quæstio est. 9. an *idem* possit esse Patritus in baptismo, & confirmatione: R. negativè, nisi cogat necessitas. C. In Catechismo. 200. dist. 4. de consecr. ibi: in baptismo, & confirmatione unus Patritus fieri potest, si necessitas cogit, non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos suscipiunt. Et ita etiam tenet Barbosa. in cit. c. 2. Trid. n. 39. qui n. 40. addit, unum non posse in confirmatione tenere ultra duos eadem die, ut habetur in Pontificali; sed contrarium vidi in usu esse.

1113. Quæstio est. 10. an, & qualiter spiritualis cognatio augetur? R. quod omnino augetur. 1. reciproca susceptione liberorum; nam si Titius ex baptismo suscipiat filium Caii, & hic filium Titii, duplex compaternitas est. 2. si quis eundem suscepit ex baptismo, & confirmatione; nam cum suscepto duplicem Paternitatem directè, cum ejus Parentibus duplicem compaternitatem indirectè contrahit. Et ideo unâ per Apostolicam dispensationem sublatâ, remanet altera; sic Pyrrhus Corradus in praxi dispens. Apost. l. 3. c. 8. n. 16. ex c. Pastoralis. de Privileg. c. Ex tuarum. de author. & usu pall. si tamen unus uni plures liberos levavit, non augeri Paternitatem, vel compaternitatem, ibidem tenet, ex hodierna praxi.

1114. Quæstio est. 11. quæ actio propriè requiratur in Patrino, ut inde oriatur in illo

homine cognatio? R. ut puerum suscipiat de manu baptizantis, vel ipse huic porrigat. Si enim compater de manu commatris, vel hæc de manu illius susciperet, cognationem non contraheret; quia non susciperent de sacro fonte; ita Sanchez. l. 7. hic d. 56. n. 3. & alii: sufficit autem, si Patritus, à Parentibus designatus, infantem Sacerdoti porrigat, ut aquæ asfusione abluat, vel ablutum ab ejus manu statim recipiat, esto eum in actu abluendi non tangat; sic Corradus cit. n. 8. P. Pariter; dicens in fine; sic in casu proposito decisum esse à sacra Congreg. 27. Septemb. 1601.

Præterea not. 1. ex invalida collatione baptismi, vel confirmationis, cognationem spirituales non contrahi; sic enim deficit ejus principium, regeneratio nimirum spiritualis. Hinc quando in c. su. h. t. dicitur: pro eo, quod ipsum Pater mulieris ejusdem, qui sacerdos existit, baptizavit; narratur solum factum, non autem constituitur in eo vis contrahendi hanc cognationem, quod sacerdos fuerit, qui baptizavit.

Not. 2. etsi cognatio spiritualis superveniat matrimonio ritè contracto, exinde tamen hoc non solui; cum id in jure nulli decretum reperitur; & quamvis aliqui putent, Patrem, qui extra casum necessitatis baptizat, vel levat propriam prolem, privati jure petendi debitum; contrarium tamen probabilius est ex n. 1110. & colligitur ex c. 2. h. t. ibi; nec aliter debet subtrahere, si vel ex ignorantia, vel malitia fecerint: nam si ex malitia; eis sua fraus non debet patrocinari, vel dolus ubi gloss. V. debitum subtrahere; non invenimus, ait, prohibitum in hoc casu, quod non exigat; ergo nos prohibemus.

## QUÆSTIO XII.

### In Tit. XII. de Cognatione Legali.

1117. S upponendum, adoptionem in genere, esse actum legitimum, quo in locum filii, vel nepotis assumitur, qui naturâ talis non est, ut notat Strykius ad l. 1. Instit. Tit. 11. de adoptionibus, & Zoëtius ad l. 1. Inst. Tit. 11. n. 1. alia est perfecta, quâ per rescriptum Principis persona extranea, quæ sui juris est, transit in potestatem, & familiam adoptantis, sicut alii

filii legitimi, & hæc dicitur arrogatio: altera imperfecta, quæ etiam specifica, & simplex dicitur, quæ est hominis, qui in potestate Patris est, in filium assumptionis Magistratus imperio facta. De variis utriusque adoptionis juris effectibus agunt Legistæ; nos ea solum damus, quæ pertinent ad matrimonia, & nuptias.

ART.

## ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex sit cognatio  
Legalis?

1118. Cognatio legalis est conjunctio, seu propinquitas Personarum; dispositione legum proveniens ex adoptione. Hæc cognatio in triplici specie est. Prima in linea recta inter eos, qui parentum, & liberorum loco sunt, ut inter adoptantem, & adoptatum. *¶ Ergo non omnes 1. & 2. Inter eas 2. Instit. de nuptiis. L. adoptivus. 14. L. per adoptionem. 17. & L. quin etiam 55. ff. de ritu nuptiarum.* Secunda in linea laterali, sive transversali inter adoptatum, & filios naturales adoptantis. *§. Inter eas 2. Instit. de nupt. & L. per adoptionem. 17. ff. de ritu nuptiarum. c. per adoptionem. 30. q. 3. & c. unico, de adoptione Legali:* Tertia est inter adoptantem, & uxorem adoptati, ac inter adoptatum, & uxorem adoptantis. *L. adoptivus ff. de ritu nuptiarum. ibi: adoptivus filius; si emancipetur, eam, quæ Patrii uxor est, ducere non potest; quia Noverca locum habet.* Hæc est quædam legalis affinitas, similitudine affinitatis carnalis. Porro, quæ necessaria sunt, ut adoptio legitime fiat, videri possunt apud Vincentium de Justis. *l. 2. de dispens. matr. c. 6. à n. 7.* quæ verò sint differentia inter adoptionem perfectam, & imperfectam, à n. 21.

## ARTICULUS II.

An, & quo jure cognatio Legalis dirimat  
matrimonium?

1119. Cognationem legalem esse impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, aut eâ stante, contractum à legaliter propinquis, constat. *1. ex c. Ita diligere. 30. q. 3.* ubi Nicolaus Pontifex ait, *filios spirituales, naturalibus copulari non posse* (intellige matrimonio) rationem dat: *quandoquidem nec inter eos, qui naturâ, & eos, qui adoptione filii sunt, venerande Romane leges matrimonia contrahi permittunt; & 2. sequenti. ibi: si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio conjungit. & c. 2. ex c. Post susceptum. ead. causâ & quest. ibi: post susceptum vero filium, vel filiam spirituales, qui ex compatre, vel commatre nati fuerint, matrimonio conjungi non possunt;*

*quia leges seculi, non emancipatos, adoptivis prohibent copulari. 3. ex c. unico de cognat. legali. ibi: si qua per adoptionem soror mihi esse ceperit, quamdiu durat adoptio, inter me, & ipsam nuptiæ consistere non possunt.* Ex his Colliges, cognationem legalem esse impedimentum dirimens, non jure naturali, & divino, sed solum Ecclesiastico. Nam ipsi sacri canones se fundant in solis legibus, ut ex dictis patet; quæ, etsi, in quantum procedunt a potestate Laica, vim non habeant in ordine ad matrimonia fidelium; vim tamen dirimendi habent, in quantum canonizata sunt, seu in vim canonum assumptæ à summis Pontificibus.

Dubitari autem potest, an quælibet species cognationis legalis præstet impedimentum dirimens? *¶ de prima specie (quæ est inter adoptantem, & adoptatum) communiter affirmari. 1. ex cit. c. Ita diligere, ibi: qui adoptione filii sunt. 2. ex eodem. 2. sequenti. ibi: quos adoptio conjungit: idem est de secunda specie, quæ est inter liberos naturales adoptantis, & adoptivos, ut patet ex cit. c. & aperte constat ex cit. c. unico in n. priori: de affinitate legali, cum non extet specialis textus in jure canonico, non æquè constat ex jure; secus ex communi consensu Doctorum, se fundantium in eo, quod Rubrica tituli agentis de hoc impedimento, tum etiam plures textus generaliter loquantur, ut patet ex c. Ita diligere, ibi: quos adoptio conjungit; idem est in cit. c. Post susceptum; accedit, quod hujus expressa mentio fiat in L. adoptivus, relata n. præced. quæ lex à sacris canonibus recepta est.*

Dubitatio altera est, an hoc impedimentum nascatur etiam ex adoptione simpliciter, seu imperfecta? *¶ quod affirmativam sequatur Castropalaus de spons. d. 4. p. 9. n. 9.* quia textus statuens hoc impedimentum, absolute loquitur de adoptione legali; sed adoptio, quantumvis imperfecta, est vera adoptio, licet adoptatum non constituat sub familia, & potestate adoptantis; ergo. Hanc sententiam probabilem judicat Sanchez *l. 7. d. 63. n. 8.*

Probabilius tamen videtur, eam nasci ex sola adoptione plena, seu perfecta, nimirum arrogatione; ita Sanchez *cit. n. 29.* Layman. *l. 5. tr. 10. p. 4. c. 7. n. 3;* Zoësius *de adoption. legali. n. 2.* Tum quia hoc

impedimentum oritur ex propinquitate legali, in quantum adoptio adoptatum constituit sub potestate, & familia adoptantis, ut notat Zoësius cit. consequenter, ex periculo incontinentiæ cum adoptantis liberis naturalibus, cui cavendo, maximè inter eos matrimonium interdictum est; hoc autem facit sola adoptio perfecta; nam imperfecta non transfert adoptatum in familiam, & domum adoptantis: tum quia constitutio, inducens impedimenta matrimonii, stricte sumenda est, cum restringat naturalem libertatem hominum ad connubia.

1122. Nec obstat, quòd sacri canones, loquentes de hoc impedimento, id tribuant cognationi legali ex adoptione, *indefinitè* sumpta. Nam sacri canones in hoc loquuntur juxta leges, à quibus hanc dispositionem acceperunt, iisdem tribuentes vim canonis pro foro Ecclesiastico; igitur ab iis etiam habere debent interpretationem; leges autem id potissimum tribuunt *arrogationi*, ne scilicet in odiosis, & nativam libertatem restringentibus in re perquam favorabili (qualis est matrimonium ex c. 39. de Appellat. & c. fin. de condit. appost.) laxà interpretatione utamur contra Regulam: *Odia, de Reg. juris in 6.*

### ARTICULUS III.

*Quamdiu duret, ac quousque porrigatur impedimentum ex cognatione Legalis?*

1123. *Et ad 1.* dicendum, quòd *paternitas Legalis*, quæ constituit primam speciem cognationis Legalis, duret *perpetuò*; licet adoptio solvatur per emancipationem; constat ex cit. *Et Ergo. Instit. de nupt. L. per adoptionem cit. in n. 1118.* & c. *Ita diligere. 30. q. 3. in n. 1119.* sic Castropalaus d. 4. de spons. p. 9. n. 11. cum communi. Ad quaestionem autem quamdiu duret *Fraternitas legalis*, quæ est secunda species cognationis legalis? *Et quod solum duret durante adoptione*; quare hæc per emancipationem sublata, tollitur etiam illa, ut aperte dicitur in c. *unico. de cognatione Legalis*, superius relato n. 1120. Affinitas demum Legalis, quæ est tertia species cognationis Legalis, durat *perpetuò*; cum reverentia earum personarum ad invicem, in qua fundatur hæc cognatio, perpetua sit, ut habetur *L. adoptivus. ff. de ritu nu-*

*pri: relatà n. 1123.* ubi ratio redditur, quia *Noverca locum habet*; ita Sanchez l. 7. hic d. 63. n. 24. Laym. l. 5. tr. 10. p. 4. c. 7.

Ad 2. quousque se extendat hoc impedimentum? *Et sermone hic solum esse de cognatione legali in primâ specie, seu lineæ rectæ*; quo posito. *Et cognationem Legalem inter adoptantem, & adoptatum non extendi ad aliam personam, nisi ad eas, quæ tempore adoptionis erant sub potestate adoptati, ut aperte colligitur ex L. si Paterfamilias. ff. de adoptionibus:* ita Sanchez cit. n. 34. Laym. cit. n. 3. & alii: quia adoptato Petro censentur adoptati omnes qui tempore adoptionis erant sub potestate Petri, ut dicitur *L. cit.* Hinc adoptans validè contrahit cum filia adoptati, primum ipsi nata post adoptionem; vel etiam natâ antè, sed prius emancipatâ; quia sic nulla intercedit cognatio Legalis. Similiter validè contrahit adoptans cū filia suæ filia adoptivæ. Nam illa non est in hujus potestate, quia mulier neminem habet in sua potestate. *Et femina. Instit. de adoptionibus.* Tertio validè contrahit cum quibuscunque liberis illegitimis adoptati; quia hi non possunt esse in potestate adoptati. *Et ult. Instit. de nupt.* ita Sanchez cit. l. 7. d. 63. n. 35. Layman. c. 7. n. 3.

Not. præterea hoc impedimentum non contrahi à liberis adoptivis inter se; nam id nullo jure cautum est. Hinc filius adoptivus validè, licitèque contrahit cum sorore adoptiva, ex alia familia, quantum est vi hujus impedimenti; ita Bonac. de matr. q. 3. p. 5. q. 3. n. 8. Unde si filius adoptivus sibi vellet matrimonio jungere filiam naturalem, & legitimam adoptantis, posse fieri sine dispensatione, per unius emancipationem. Nam hæc posita cessat impedimentum, ex n. 1123.

Si autem adoptans vellet contrahere matrimonium cum parentibus adoptati (secluso alio impedimento) liberè possit. Nam inter eas personas nulla est cognatio legalis. Filij quoque adoptantis naturales, & legitimi cum adoptivis liberè possunt contrahere, vivo adoptante; qui eos emancipavit; vel eo mortuo. Nam legalis fraternitas cessat per emancipationem liberorum, vel mortem adoptantis. Quod etiam procedit de liberis duorum fratrum, qui ab eodem etiam adoptati sunt; *quand-*

nam est vi huius cognationis legalis. Nam inter eos nulla est legalis cognatio. *¶ in- ter eos quoque. Instit. de nupt.*

1127. Dices tamen. 1. matrimonium est ju- ris naturalis, *¶ jus naturale, Instit. de jure naturali*; adoptio verò est figmen- tum civile, ut qui per naturam liberòs non habet, mediante adoptione eos creda- tur habere; *L. 1. de adopt. igitur hoc juris civilis comento non potest tolli matrimo- nium, quod est juris naturalis, ¶ sed na- turas, Instit. de jure natur. præcipue*; cum in matrimonijs contrahendis jus na- turale spectetur, *L. adoptivus 14. ¶ 2. ff. de ritu nuptiar.*

1128. Secundo, licet filij adoptivi quoad plu- res juris effectus habeantur pro filijs; ta- men quoad alios, filij non judicantur, ut in casibus relatis in *l. 1. ¶ 9. ff. ad Sylla- nianum; L. fideicommissum 76. ff. de con- dit. & demonstrat. ¶ 1. Instit. de excus- tutor;* immò ex constitutione Justiniani relata in *L. ult. C. de adop.* filij adoptati non transeunt in potestatem adoptantis, & adoptio à jure, & ratione sanguinis pla- né aliena est; *L. qui in adoptione. 23. ff. de adopt. & omni verè cognationis jure caret, l. 4. ¶ 1. ff. de gradibus, si qua. 12. ¶ ultim. ff. de ritu nupt.* Igitur nec ut matrimonium prohibeatur, adoptivi pro filijs haberi debent.

1129. Tertiò, solutà adoptione per emancipa- tionem matrimonium in præsentis specie dari potest; nam adoptio facti est; sed quæ facti sunt, pro infectis haberi nequeunt; *L. denique. 19. ff. ex quibus causis majores L. in bello 12. ¶ facti. ff. de captiv.* ergo adoptio semel celebrata per emancipatio- nem solvi non potest, ut matrimonium consistat; præcipue cum absurdum sit va- lorem sacramenti matrimonij pendere ex facto privato, patris videlicet emancipan- tis, vel non emancipantis filium.

1130. Quarto, filius adoptatus, etiam solutà adoptione, eam, quæ uxor patris adoptivi fuit, in uxorem ducere non potest; nec ipse, qui filium adoptavit, uxorem ejusdem, quæ nurus loco est, nec quidem post e- mancipationem uxorem ducere valet; *L. adoptivus. 14. ff. de ritu nupt.* Igitur simi- liter nec filius emancipatus ducere potest uxorem adoptivam, etiam sequutà alteri- us emancipatione, cum verum sit, *fra- tres fuisse.*

Tom. IV.

Ante Respons. not. impedimentum ma- trimonij ex cognatione legali inductum, etiam facta adoptione, solutà per emanci- pationem permanere solum inter eas per- sonas; quæ parentum, & liberorum loco sunt, ut constat ex allatis supra juribus; li- cet enim tunc nec liberorum nomen, nec ullum aliud ejus vestigium superfit; ma- net tamen ratio publicæ honestatis, quæ propter memoriam prioris necessitudinis non admittit, ut sit maritus, qui pater, aut avus, vel filius aut nepos ante fuit; *¶ ergo, Instit. de nupt.*

Idem etiam servatur inter uxorem 1132. adoptantis, & adoptatos. Nam licet adoptatus cum ea nullam contrahat cog- nationem familiæ (cum ipsa diversæ fa- miliaë sit) nec etiam affinitatem (nam so- la adoptio nunquam verè affinem facit) adhuc tamén etiam solutà adoptione il- lam in uxorem habere non potest, etiam mortuo adoptante, quia adhuc locum obtinet, non quidem matris, aut cogna- tæ; sed novercæ, ut dictum est supra; adeoque adhuc stat reverentia, & ratio honestatis publicæ, propter quam mari- tus ei esse non possit, quam habet loco no- vercæ; quod non requiritur inter eos, qui non erant loco Majorum; sed tantum fratrum & fororum legalium: quo posito:

Ad 1. in n. 1127. 32. verum esse, quòd 1133. adoptio tota sit juris civilis; & *matri- monium posse contrahere*, sit juris natura- lis; hoc tamen non obstarè, quò minus jure humano, ex justa causa (qualis est honestas publica) quod jure naturali dum- taxat permissum est, restringatur, vel per- petuò, vel solum ad tempus in certis per- sonis, prout manifestum est in alijs impe- dimentis matrimonium in certis personis jure solum humano dirimentibus, quod a- lias de jure naturali stat, & permissum est.

Ad 2. dato antecedente, nego conseq. 1134. cum enim effectus juris, quos parit ado- ptio, ut adoptati in quibusdam casibus habeantur, in alijs non habeantur *loco fi- lij*, pendeant à dispositione juris civilis, acceptato per ordinem ad præsentem quæ- sitionem à sacris canonibus; & illud pro- pter rationem honestatis publicæ dispo- nat adoptatos per ordinem ad matri- monium cum liberis adoptantis habendos inhabiles durante *solà* adoptione; inter adoptatum autem, & adoptantem,

Pp

ac ejus

- ac ejus uxorem, etiam sublatâ adoptione, idem quoad hunc juris effectum dicendum erit de jure canonico.
1135. Ad 3. in n. 1129. R. verum esse, quod adoptio sit facti; effectum tamen, quem ei tribuit jus civile, non esse facti, sed juris. sic, quod sponsalia de futuro celebrata sint inter Cajum, & Titium, est quidem facti; quod autem exinde nascatur impedimentum publicæ honestatis, est quid juris, & ita quidem, ut ejusdem juris dispositione fieri possit, quod cesset hic juris effectus, esto fieri non possit, quod non præcesserit factum, vel tantum sit ad certum gradum, esto prius porrexerit se in amplius; ita dicendum erit in præsentem.
1136. Ad 4. in n. 1130. R. nego consequentiam; ratio est ex n. priori. Nam pro-

pinquitas legalis (quam fraternitatem legalem diximus) non ex natura rei, sed solius humani dispositione parit effectum, qui est ne frater adoptivus sit maritus sororis; at ne adoptivus sit maritus femine, que fuit uxor adoptantis; vel ne adoptivus sit maritus uxoris adoptati, est juris dispositione adoptionis effectus etiam adoptione sublatâ per emancipationem, ex ratione datâ in præmissis. Nam inter collaterales, non autem in linea recta, cessat dispositione juris ratio publicæ honestatis adoptione sublatâ ex 2.

Ergo. Institut. de Nupt.



### QUÆSTIO XIII.

In Tit. XIII. De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ, vel sponsæ.

**H**Oc titulo agitur de crimine incestus, ex quo nascitur impedimentum impediens; & ratione affinitatis inde confurgentis, etiam dirimens matrimonium. Incestum definit Pereyra in *Elucid. n. 905. Coitum cum consanguinea; & n. 1509. copulam cum propinqua.*

#### ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex sit incestus?

1137. Incestus propriè est carnalis copula inter consanguineos, vel affines in gradu prohibito. Et ideo carnalis copula, eaque perfecta inter propinquos propinquitatem solùm spirituali, vel legali, aut ex sponsalibus ortâ, non est propriè incestus; nec etiam circumstantia necessariò explicanda in supplicatione pro matrimonij dispensatione obtinenda, si oratores aliam causam habeant, quam justè allegare possint pro ea impetranda; ita Sanchez l. 8. hic d. 25. n. 9. Bonacin. de Legib. d. 1. q. 2. p. 5. n. 12. & alij. Ex quo colliges. 1. incestum esse duplicem, nimirum alium esse propriè, alium impropiè talem. Et ideo ex copula solùm imperfecta non nascitur incestus propriè dictus. Quare si copula non fiat per veram seminis virilis intra naturale vas mulieris effusionem, incestus solùm impropiè est; ita Sanchez

tit. n. 10. Bonac. n. 11. & alij; nec in penalibus venit nomine incestus, cum hæc restringenda sint.

Advertendum autem; copulam, etiam perfectam, cum consanguinea, vel affinis, sine noticia consanguinitatis, vel affinitatis, esse incestum solùm materialiter; ut colligitur ex c. 1. h. t. adeoque nec venire nomine incestus in penalibus; nec in supplicatione pro matrimonij dispensatione necessariò exponendam; sic Gutierrez de matr. c. 77. n. 11. Hoc probabiliter extendit Sanchez l. 8. d. 25. n. 10. ad casum, modò unus eorum ignorat circumstantiam consanguinitatis, vel affinitatis; quia in penalibus, & odiosis incestus sumi debet strictè, nimirum pro copula scienter à consanguineis, vel affinis habita, prout dicitur n. seq.

Contrarium sentit Vincentius de Juris; l. 1. dispens. matrim. c. 4. n. 254. si aliunde in supplicatione incestus explicandus sit. Nam supposito, quod incestus expressio necessaria sit, debet consequenter cum suis circumstantijs exprimi. Verum, esto in aliquo casu foret obligatio exprimi incestum, nullâ tamen lege ostenditur incestum factum ab uno cum ignorantia consanguinitatis, vel affinitatis, in penalibus, & odiosis venire sub nomine incestus.